

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae
& politicae**

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

III. Qumodo Ethica & Politica sint Medicina & vera naximaq Musica

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](#)

perrinere, ut quidem definitionis & divisionis efficacia vocabulorum simplicium naturam investiget: deinde adhibeat hæc vocabula, tanquam cémenta & materiem seu syllulam ad orationis molem construendam, necessariaismq; conclusionem conficiendam. 2. quod ibidem dicit: Illum qui peritè novit & interrogare & respondere voco Dialecticum: ubi ratione interrogandi & respondendi vim differendi circumscribit. 3. quod in Phædro apud eum Socrates inquit: Si alium quempiam existimarem, ea naturæ bonitate praeditum, ut unum & multa, eo quem notavimus modo, designare posset: hujus ego, ut divini, vestigia lectarer. Eos autem, qui hoc præstare possunt, commodo incommodo-ve vocabulo appellem, Deus novit. Voco autem hactenus DIALECTICOS. Sed quò prolabimur: Ad Ethica redeamus. Volui au-tem hoc de Dialectica Platonica in medium, data mihi occasione ex tractatione propositæ questionis, afferre: quod sciam paucos hic Platonem dextrè solideque intelligere, & ipse quoque aliquando à vera ejus intelligentia aberraverim.

III.

*Quomodo Ethica & Politica sint Medicina & vera
maximaq; Musica.*

MEDICA



MEDICÆ & SURGÆMENS seu artis & Ethicæ di- Virtutes
morales
medenue
vitiosis af-
fectibus.
gna consideratione est cōvenientia. Ut
enim medicina est ægritudinum corpo-
ris expultrix: Sic Ethica morborum animi. Ut
medicina mediocritate seu moderatione ci-
borum & exercitiorum corpora servat, quæ
defecto & excessu corrumpuntur & intereūt:
Ita Ethica mediocritate & temperatione a-
ctionum servat integratatem animi, quæ la-
befactatur vel tollitur actionum exuperantia
& offensione. Quod corpori, in quo Medi-
cus versatur, est sanitas: Hoc animo, in quo
Ethicus occupatur, est felicitas. Quod in cor-
poribus est robur & vires: Id in animo sunt
virtutes. Sic & inter Musicam & politicam
pulcherrima intercedit similitudo & cognatio.
Ut enim Musica temperantur voces &
soni, ut, quamvis natura inter se differant, at-
tamen quoad harmoniam mirificè conser-
tant: Ita fortis ac temperantis ratio & appe-
titio (ὁρατικὴ) ut distinguantur, attamen ad
honesta simul conspirant. Omnia, inquit Ari-
stot. i. Ethic. nempe in fortibus ac temperatis
hominibus, rationi consonant. Sie præclarè
Cic. in lib. 2. de Rep. adducente hunc locum
August. de civitate Dei, lib. 2. c. 21. Ut in fidi- In Musica
bus & tibiis atque cantu ipso ac vocibus con-
nihil est
centus est quidam tenendus ex distinctis so-
nis: quem immutatum ac discrepantem aures
incincinnū
inceditum
eruditiz

Dissimilum,
dilectus :
Sic & in E-
thica.

eruditæ ferre non possunt : isq; concentus ex dissimilimarum vocum moderatione concors tamen efficitur & congruens : Sic ex summis, & mediis & infirmis ordinibus, ut sonis, moderata ratione civitatem consensu dissimiliorum concinere : & quæ harmonia à Musicis dicitur in canto, eam esse in civitate concordiam, arctissimum atq; optimū omnī in Repub. vinculum columitatis, eamq; sine justitia nullo pecto esse posse. Huc usq; Cic. Quare verò Plato Ethicam vocat veram & μεγίστην μουσικὴν maximam Musicam ? &c. Quia Ethica agit de ἐναρμόνῳ quādam mortuam animali ζυγονίᾳ. Ut ars canendi de sonorū, vocū, fidūlū harmonia : sic hæc Musica prorsus di- vina de concordia inferiorum & mediariū amīni partium cum ratione seu ἡμερονομικῇ agit. Vide 3. Platonis de Repub.

1111.

An benē moratis seu viris bonis Ethica profit?

Affirmatur.

Nec sū est, inquit Aristoteles, pulchri moribus institutum esse, qui futurus est idoneus, id est, utilis auditor de honestis & justis, deq; aliorū virtutibus. At qui benē morati sunt, iis videtur Ethica nihil professe, ut remedia hihil prosunt sanis. Resp. Nihilominus benē institutis Ethicam prodesse. Nam